Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44836-p0001-6

JO

nium, luct
Quamobre
novimus, d
germano,
Miſniæ, Co
cum vixit,
ſpei, & ad ſ
muli, Princ
cis in proſc
tiſſimi? exc
quòd multi
pus ergo qu
cipare & ha
nâ vice cam
intereà tem
proceſſus fu
rò cum ſcep
templum u
rentalis, ad
Trinitatis,

PRO-RECTOR ACADEMIÆ JENENSIS
JOHANNES THEODORUS Schenck/
Med. D. & Prof. Publ. unà cum Profeſſoribus reliquis
L. S. D.

Diem proximum, juxta vulgatam nomenclationem, Mercurii, qui in faſtis Chriſtianis XIX. eſt menſis currentis Novembris, ab Illuſtriſſimo ac Celſiſſimo Principe ac Domino Dn. GVILIELMO, Duce Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Landgrafio Thuringiæ, Marchione Miſniæ, Comite Marcæ & Ravensbergæ, Dynaſta RavenſteinI, Domino noſtro clementiſſimo, Filii ſui natu minoris & chariſſimi, beatæ recordationis, Illuſtriſſimi ac Celſiſſimi Principis ac Domini, Dn. FRIDERICI Senioris, Ducis Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Landgrafii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, Comitis Marcæ & Ravensbergæ, Dynaſtæ RavenſteinI, Domini noſtri, inter vivos dum ageret, clementiſſimi, menſis ſuperioris Auguſti die XIIX. rebus humanis exemti, exſequiis Vinariæ, quanto par eſt ſplendore, nempe Duce digno, ducendis dictum eſſe, nemini cuiquam apud nos ignotum eſt. Neque etiam obſcurum eſſe poteſt, quid in Illuſtriſſimorum defuncti Principis ſuaviſſimi Parentum, Fratrum, Sororis, Cognatorum, Adfinium, luctu peramaro atque vehementi, noſtri & veſtri, qui in hac Salana Saxonica vivitis, ſit muneris, ut prolixâ verborum ambage id inculcare jam non adeò ſit neceſſe. Quamobrem ad piam συμπάθειαν, quam juxta Paulinum effatum, gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, cumprimis Magiſtratui in luctum conjecto ſubditi, quod novimus, debent, hortatu repetendo ſuperſedemus. Nam vel ſola proximè ſuperioris triennii nondum integri, quo piè defunctus Princeps non tantùm unà cum Fratre germano, Illuſtriſſimo ac Celſiſſimo Principe ac Domino, Dn. BERNHARDO Seniore, Duce Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Landgrafio Thuringiæ, Marchione Miſniæ, Comite Marcæ & Ravensbergæ, Dynaſta RavenſteinI, Rectore hodiè Salanæ noſtræ Magnificentiſſimo, Domino noſtro clementiſſimo, ſtudiorum gratiâ nobiscum vixit, verùm etiam per ſemeſtre unum ſceptra Academica non ſine ingenti ſui laude moderatus fuit, recordatio, ob præproperum Principis hujus, Principis maximæ ſpei, & ad ſumma nati, Principis pii, Principis admirandâ ingenii & judicii felicitate in ipſa ſua adoleſcentia præditi, Principis magnorum ſuorum Majorum cumprimis æmuli, Principis ſingulari in Academiam hanc noſtram clementiâ atque adfectu propenſiſſimi, Principis humaniſſimi, & quibus non Principis boni virtutibus, quas vel paucis in proſcenium modò producere paginæ hujus non admittit anguſtia, & ex oratione parentali ante ſeptimanas haſce XI. habita haut difficile eſt memoriâ repetere, fulgentiſſimi? exceſſum, mœrorem & luctum nobis imperat: qui decentem quoque & frequentem funeris deductionem comitem ſibi adſciſcit, in qua etiam monenda non eſt, quòd multi ſimus. Tempus itaque tantùm & modum exſequiandi hoc in loco, prout mandatum illuſtre præſcripſit, hac jam chartâ intimamus & promulgamus. Tempus ergo quod attinet, ipſum diem exſequialem, ad quem & Senatus Academicus, & ex oppidano quidam Vinariam, ut pompæ ibi feralis partem faciant, ſunt vocati, anticipare & hac ipsâ quidem die Dominicâ funeris, imaginarii verò illius, cùm veri non queamus, ſolennia proſequi nos illud jubet. Ad hunc verò modum ac faciem. Ternâ vice campanæ ex templi Michaëlitani turri dabitur pulſus ac ſonitus, vice primâ, ipsâ horâ XI. promeridianâ, alterâ, dimidiâ XIIcimâ, tertiâ, ipsâ horâ XIIcimâ meridianâ: intereà temporis, noſtræ qui eſtis ſubjecti jurisdictioni, unà nobiſcum in area arcis illuſtris vos ſiſtetis, catervâ non exiguâ, nec veſtitu verſicolore, ſed actui lugubri apto. Ex ea proceſſus funebris ita inſtituetur, ut ſcholæ oppidanæ præceptores atque alumni præeant, cantus funerales cantantes, quos Miniſterium ſequatur Eccleſiaſticum, hoc verò cum ſceptris Academiæ, ejusdem Miniſtri & tandem Senatus cum Pro-Rectore ſuo Academicus, atque alii exſequiatores, ſuo quique ordine, quos inter & vos, in templum usque Michaëlitanum: ubi concio habebitur exſequialis. Peractis verò ibi peragendis in templo Collegio Academico contiguo Latina habebitur Oratio parentalis, ad quam auſcultandam cùm vos propriâ adfuturos ſponte confidamus, operosè id rogare aut mandare ſupervacaneum ducimus. P. P. Dominicâ XXIV. poſt Trinitatis, quæ erat XVI. menſis Novembris dies, Anno cIɔ Iɔ c LVI.

Typis JOHANNIS NISII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44836-p0004-2

PRO-RECTOR ACADEMIÆ JENENSIS
HANNES THEODORUS SCH

Med. D. & Prof. Publ. unà cum Profeſſoribus reliquis
L. S. D.

Diem proximum, juxta vulgatam nomenclationem, Mercurii, qui in faſtis Chriſtianis XIX. eſt menſis curr
lluſtriſſimo ac Celſiſſimo Principe ac Domino Dn. GVILIELMO, Duce Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Landgra
Miſniæ, Comite Marcæ & Ravensbergæ, Dynaſta RavenſteinI, Domino noſtro clementiſſimo, Filii ſui natu minoris & cha
Illuſtriſſimi ac Celſiſſimi Principis ac Domini, Dn. FRIDERICI Senioris, Ducis Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Landg
nis Miſniæ, Comitis Marcæ & Ravensbergæ, Dynaſtæ RavenſteinI, Domini noſtri, inter vivos dum ageret, clementiſſimi, m
XIIX. rebus humanis exemti, exſequiis Vinariæ, quanto par eſt ſplendore, nempe Duce digno, ducendis dictum eſſe, nemin
tum eſt. Neque etiam obſcurum eſſe poteſt, quid in Illuſtriſſimorum defuncti Principis ſuaviſſimi Parentum, Fratrum, So
peramaro atque vehementi, noſtri & veſtri, qui in hac Salana Saxonica vivitis, ſit muneris, ut prolixâ verborum ambage id inculcar
m ad piam συμπάθειαν, quam juxta Paulinum effatum, gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, cumprimis Magiſtratui in luctu
lebent, hortatu repetendo ſuperſedemus. Nam vel ſola proximè ſuperioris triennii nondum integri, quo piè defunctus Princeps no
Illuſtriſſimo ac Celſiſſimo Principe ac Domino, Dn. BERNHARDO Seniore, Duce Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Landgra
omite Marcæ & Ravensbergæ, Dynaſta RavenſteinI, Rectore hodiè Salanæ noſtræ Magnificentiſſimo, Domino noſtro clementiſſim
verùm etiam per ſemeſtre unum ſceptra Academica non ſine ingenti ſui laude moderatus fuit, recordatio, ob præproperum Principi
umma nati, Principis pii, Principis admirandâ ingenii & judicii felicitate in ipſa ſua adoleſcentia præditi, Principis magnorum ſuoru
ipis ſingulari in Academiam hanc noſtram clementiâ atque adfectu propenſiſſimi, Principis humaniſſimi, & quibus non Principis b
enium modò producere paginæ hujus non admittit anguſtia, & ex oratione parentali ante ſeptimanas haſce XI. habita haut difficile e
eſſum, mœrorem & luctum nobis imperat: qui decentem quoque & frequentem funeris deductionem comitem ſibi adſciſcit, in qu
i ſimus. Tempus itaque tantùm & modum exſequiandi hoc in loco, prout mandatum illuſtre præſcripſit, hac jam chartâ intimar
uod attinet, ipſum diem exſequialem, ad quem & Senatus Academicus, & ex oppidano quidam Vinariam, ut pompæ ibi feralis parte
c ipsâ quidem die Dominicâ funeris, imaginarii verò illius, cùm veri non queamus, ſolennia proſequi nos illud jubet. Ad hunc verò
panæ ex templi Michaëlitani turri dabitur pulſus ac ſonitus, vice primâ, ipsâ horâ XI. promeridianâ, alterâ, dimidiâ XIIcimâ, tertiâ, i
poris, noſtræ qui eſtis ſubjecti jurisdictioni, unà nobiſcum in area arcis illuſtris vos ſiſteris, catervâ non exiguâ, nec veſtitu verſicolore,
unebris ita inſtituetur, ut ſcholæ oppidanæ præceptores atque alumni præeant, cantus funerales cantantes, quos Miniſterium ſequat
tris Academiæ, ejusdem Miniſtri & tandem Senatus cum Pro-Rectore ſuo Academicus, atque alii exſequiatores, ſuo quique o
sque Michaëlitanum: ubi concio habebitur exſequialis. Peractis verò ibi peragendis in templo Collegio Academico contiguo L.
quam auſcultandam cùm vos propriâ adfuturos ſponte confidamus, operosè id rogare aut mandare ſupervacaneum ducimus. P.
quæ erat XVI. menſis Novembris dies, Anno cIↃ IↃ c LVI.

Typi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44836-p0005-8

a 4

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44836-p0006-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44836-p0007-9

PRO-RECTOR ACA

JOHANNES THEO

M. . D. & Prof. Publ. un

L. S

DIem proxi enclationem, Men
luſtriſſimo a ino Dn. GVILIEL
Miſniæ, Con Dynaſta Ravenſteinl,
Illuſtriſſimi a ini, Dn. FRIDERIC
nis Miſniæ, C æ, Dynaſtæ Ravenſte
XIIX. rebus nariæ, quanto par eſt ſ
tum eſt. N teſt, quid in Illuſtriſſi
nium, luctu peramaro atque veh n hac Salana Saxonica
Quamobrem ad piam συμπάθειαν, , gaudete cum gauden
novimus, debent, hortatu repet el ſola proximè ſuperio
germano, Illuſtriſſimo ac Celſiſ n. BERNHARDO S
Miſniæ, Comite Marcæ & Rave nl, Rectore hodiè Sala
cum vixit, verùm etiam per ſeme . non ſine ingenti ſui la
ſpei, & ad ſumma nati, Principis nii & judicii felicitate i
muli, Principis ſingulari in Acad tiâ atque adfectu prop
cis in proſcenium modò produc t anguſtia, & ex oratio
tiſſimi? exceſſum, mœrorem & entem quoque & freq
quòd multi ſimus. Tempus i quiandi hoc in loco, p
pus ergo quod attinet, ipſum di enatus Academicus, &
cipare & hac ipsâ quidem die D rò illius, cùm veri non
nâ vice campanæ ex templi Mich c ſonitus, vice primâ, ips
intereà temporis, noſtræ qui eſt obiſcum in area arcis illu
proceſſus funebris ita inſtituetu otores atque alumni pra
rò cum ſceptris Academiæ, ejus tus cum Pro-Rectore ſ
templum usque Michaëlitanu quialis. Peractis verò
rentalis, ad quam auſcultandam ponte confidamus, ope
Trinitatis, quæ erat XVI. men Iↄ Iↄ c LVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44836-p0008-4